taleæ ex feracibus fiant arboribus:ne curuæ:ne ſcabræ:aut bifurcæ:ne tenuiores q̄ ut manū īpleant:ne
minores pedalibus:ut illibato cortice atq; ut ſectura inferior ponatur ſemper:& quod erit ab radice:ac
cumuleturq; germinatio terra:donec robur planta capiat.

De cultura taleaꝝ:& quibus temporibus inſito fiat. Cap.xviii.

Quæ cuſtodienda ī talearum cultura Cato iudicauerit:ipſius uerbis optīe ꝑcipiemus.Taleas
oleaginas quas ī ſcrobe ſaturus eris:tripedaneas facito.Diligenterq; tractato:ne liber labo-
ret:cū dolabis aut ſecabis.Quas ī ſeminario ſaturus eris:pedales facito.Ea ſic inſerito:locus
bipalio ſubactus ſit:beneq; glutus:Cum taleam demittis pede taleam opprimito.Si parum
deſcēdat maleo aut mateola adigito:cauetoq; ne librum ſcindas.Cum adigitis:palo prius locum fece
ris quo taleam demittas.Ita melius uiuet talea.Et ubi trimæ ſunt:tū deniq; curæ ſint:ubi liber ſe uertet.
Si in ſcrobibus aut in ſulcis ſeras:ternas taleas ponito.Eas diuaricato ſuper terram:ne plus quattuor di
gitos Tranſuerſos emineant uel oculos ſerito.Diligēter eximere oleam oportet:& radices q̄ plurimas
cum terra ferre.Vbi radices bene operueris:calcare bene:ne quid noceat.Si quis quærat quod tempus
oleæ ſerende ſit:agro ſicco per ſemētem agro læto per uer.Oliuetum diebus.xv.āte æquinoctium uer
num incipito putare Ex eo die dies.xl.recte putabis.Id hoc mō putato.Q ua locus recte ferax erit: quæ
arida erunt:& ſi quid uentus interfregerit in ea omnia eximito. Q ua locus ferax nō erit:id plus conci
dito:aratoq; bn̄:enodatoq;.Stirpes læues facito:circū oleas autūno ablaqueato:& ſtercus adiicito.Qui
oliuetum ſæpiſſimæ & altiſſime miſcebit:iis tenuiſſimas radices exarabit.Radices ſi ſurſum abibūt craſ
ſiores fient.& eo in radices uires oleæ abibunt.Quæ genera olearum uel in quo genere terræ uiuere &
ſeri debeant:ſpectariq; olineta:diximus in ratione olei.Mago in colle & ſiccis & argilla & inter autun-
num & brumam ſeri iuſſit.In craſſo aut humido aut ſubriguo a meſſe ad brumam.Quod precepiſſe eū
africæ inteligitur.Italia quidem nunc uere maxime ſerit. Sed & autunno ſi libeat.poſt æquinoctium.
xl.diebus ad uergiliarum occaſum.xiiii.ſoli dies ſunt:quibus ſeri noceat. Africe peculiare quidem in
oleaſtro eſt inſerere. Quadam æternitate conſceneſcunt proxīe adoptione uirga emiſſa:atq; ita alia ar
bore ex eadem iuueneſcente.iterūq; &quociens opus ſit:ut eius eadem oliueta coſtent.Inſeritur autem
oleaſter calamo & iocultatione.Olea ubi quercus effoſſa ſit male ponitur:quoniam uermes qui raucæ
uocant̄ in radice quercus naſcūtur & tranſeunt. Non inhumare taleas aut ſiccare prius q̄ ſerātur utilius
cōpertum.Vetus oliuetum ab æquinoctio uerno intra uergiliarum exortum interradi alternis ānis me
lius inuentum.item muſcum circundare radici.Circūfodi autem oībus annis a ſolſtitio duum cubito-
rum ſcrobe pedali altitudine.Stercorari tertio anno.Mago idem amygdalas ab occaſu arcturi ad bru
mā ſeri iubet.pyra non eo dem tempore omnia:quoniam neq; floreant.Eadem oblōga aut rotūda ab
occaſu uergiliarū ad brumā.Reliqua genera media hyeme ab occaſu ſagittæ ſubſolanū aut ſeptentrio
nē ſpectantia.Laurū ab occaſu aquilæ ad occaſum ſagittæ Confeſſa enim de tēpore ſerendí quæ rō eſt
uero & autumno:Id ex magna parte fieri decreuere.Eſt & alia hora circa canis ortus paucioribus nota:
quoniam non oībus locis utilis pariter intelligitur.Sed aud omittenda nobis:non tractus alicuius rō
nē:ueꝝ naturæ potius indagantibus.in cyrenaica regione ſub eteſiarū flatu cōſerūt.Necnō & ī græcia
oleam maxīe in laconia.Co inſula & uites tūc ſerit.Cæteri apud græcos inoculare:& inſerere nō dubi
tant.Sed arborum nō ſerunt.plurimumq; in eo locorum natura pollet.Namq; in ægypto omni ſerūt
mēſe:& ubicūq; hymbres æſtiui nō ſunt:ut in india & æthiopia.Neceſſario poſt hæc autūno ſerunt̄ ar
bores.Ergo tria tempora eadem germinationis uer & canis arcturiq; ortus.Neq; enim aīalium tantum
eſt ad coitū auiditas:ſed multo maior ē terræ ac ſatoꝝ oīum libido.Qua tēpeſtiue uti plurimū intereſt
cōceptus.peculiare utiq; ī inſitis cū ſit mutua cupiditas utriq; coeundi.qui uer ꝓbant:ab æqnoctio ſta-
tim admittūt ꝑdicantes germina parturire:iō faciles corticū eē amplexus.Qui præferūt autūnum ab ar
cturi exortu:quoniā ſtatim radicē quandā capiāt:& ad uer parata ueniant atq; nō ꝓtinus germinatio
auferat uires.Quædā tamē ſtatutum tp̄s anni habent ubiq;.ut ceraſi & amygdalæ circa brumā ſerendi
uel inſerendi.De pluribus locoꝝ ſitus optime iudicabit.Frigida & aquoſa uerno conſeri oportet. Sic
ca & calida autūno. Coīs quidē italiæ ratio tp̄a ad huc modū diſtribuit.Mora ab idibus februariis in
æquinoctium:pyra in autūnum:ita ut brumā.xv.ne minus diebus ātecedāt. Malis æſtiuis & cotoneis
Item ſorbis prunis poſt mediā hyemē ī idus februarias:Siliquæ græcæ &perſici ante brumā per autum
num.Nucibus iuglandi & pineæ & auellanæ græcæ atq; caſtaneæ a.Calen.martiis ad idus eaſdem.Sa
lici geniſtæ circa martias Calen.Hanc in ſiccis ſemine:illam in humidis uirga ſeri diximus.

Quæ arbores ſocietate gaudeant:& de diſciplina ablequeandi & accumulandi. Cap.xix.

Eſt etiam nūc noua īſerendi ratio:ne quid ſciens quidē prætereā:quod uſquā inueneri a Co
lumella excogitata:ut affirmat:ipſe.Qua uel diuerſæ īſociabileſq; naturæ arboꝝ copulentur
ut fici atq; oleæ.iuxta hāc ſeri ficū iubet:nō āpliore interuallo q̄ ut contingi large poſſit ra-
mo oleæ q̄ maxīe ſequaci atq; obedituro.Eūq; oī interim tēpore edomari meditatione cur
uādi.Poſtea fico adepta uires:quod euenire trimæ atq; utiq; quiquēni ſolet:detrūcata ſupficie ipſaque